

tu forsitan et proximum odis. cui nec exterum odisse
 conceditur. et fratrem persequeris. cui precipitur amare
 inimicum. et christianum te esse credis quod nec noui nec
 veteris testamenti precepta custodis. Sed ne sine
 causa te christianum estimas. et de solo tibi nomine.
 blandiaris. quale te esse oporteat. apostolum audi
 dicentem. Qui furabatur iam non furetur. Magis
 autem laboret operando manibus suis. quod bonum
 est. ut habeat unde tribuat necessitate patienti.
 Ois homo malus de ore vestro non procedat. sed si quis
 bonus ad edificandum fidei ut det gratiam audientibus
 Et nolite contristari spiritu sanctum dei in quo signati
 estis in die redemptionis. Ois amaritudo et
 ira et indignatio et clamor et blasphemia auferatur
 a vobis cum omni malicia. Estote autem benigni inuicem
 misericordes. donantes inuicem. sicut in christo
 deus donauit nobis. Estote autem imitatores dei
 sicut filii karissimi et ambulante in dilectione. sic et christus
 dilexit vos et tradidit semetipsum pro vobis. in
 oblationem et hostiam deo. in odore suauitatis. Impu-
 dicitia autem et omnis immundicia et auaricia nec no-
 mietur inter vos sicut decet sanctos. turpitudine
 aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rem non
 pertinet sed magis gratiam accedat. hoc etiam sentite quod
 omnis impudicus aut immundus aut auarus
 quod est peccatorum. non heres erit in regno christi et dei.
 Ille merito christianum se iudicet. qui haec precepta cus-
 todit quod sanctus humilis. et pudicus et iustus qui in